



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Martinii Tridentini E Societate Jesu Sinicae Historiae Decas Prima

Martini, Martino

Monachii, 1658

Septimus Imperator Is. Imperavit annis XXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11848

subduxerat. Ea res causa malorum omnium fuit. Producebantur, cum eò per KING lacum animi gratiã veniret, in illius conspectum, puellæ plures. In quibus cum tres illæ non ampliùs apparerent, libidine in iram versã, in fontem populum, velut secreti consciùm indignissimè delevit. Ad frugem tamen dein reversus, nomen inter optimos Imperatores meruit, raro in regibus exemplo, qui rarò fiunt imperando meliores.

SEPTIMUS IMPERATOR

I S.

Imperavit annis xxv.

*Cyclo 30. anno
24. ante Christi-
sum 934.*

ID in ejus filio, quem habuit successorem, patuit; qui non modò nihil memoriã dignum, sed eã multa indigna gessit. Unde poëtarum in se concitavit audaciam, docentium rectiora simul atque monentium. Multa existunt etiamnum ex eorum carminibus, Nam & ars poëtica est apud Sinas antiquissima, & varia vario metro carmina completitur. Ea omnia legitimo literum numero constant, & quinque vocum ordine. Inter quinque carminum libros, è quibus doctrinam eorum, qui dignitates ambiunt in republ. periclitantur, unus in explicandis antiquorum Principum rectè secusque factis ita versatur, ut malis terrorem addat, bonis calcar ad virtutem. De floribus etiam, de plantis, atque id genus rebus alijs vulgati versus, eã tamen religione, ne quã fabularum tormentis, ut nostrorum poëtarum fert genus, in illa scriptura sit locus. Sunt enim in eo toti, ut è congruentia rerum naturalium, morum venustatem doceant. Insunt ijs quaedam de amando, sed castitatem magis, quàm nostrorum poëtarum molliem spirantia, magnã decori ubique curã.

Poësi Sinica.

*Sino fabulis.
Mores virtutis.*

OCTA-